que mirabili dignatione potenter condidit incarnatus misericorditer reformauit.
mirabiliterque reparauit; & hoc est quod sequitur. Que posuit prodigia. opera scilic&
sua. que ita iuxta litteram sunt facta quo & ueritatem historie teneant. & mis
tice aliud innuant; Prodigia dicuntur. quasi porrodicia. eo quod porro .i. longe
aliquid uenturum predicent. Que sub. opera posuit prodigia .i. mira & stupen
da mortalibus esse fecit. ac clamantibus angelis in eius natiuitate. Gloria in excelsis
deo. Auferens bella usque ad finem terre .i. per uniuerso orbe. Faciens scilic&
illam generalem pacem que in eius natiuitate per XII. annos. ut ante. ut post imple
ta est; Siue & ita auferens bella .i. conflictus uiciorum. & submouens impetus
malarum cogitationum. Arcum conter&. Vox est electorum. Arcum .i. fraudes & in
sidias diaboli. siue latentem persecutionem. Arma .i. detectam & manifestam signi
ficat. Scuta uero. fortes & multiplices sententias philosophorum. in quibus
confidunt. & quasi uere fidei doctoribus ad cultum idolatrie defenden
dum opponunt. Sed omnes sillogistice eorum argumentationes. igne spiritus sancti com
sumpte sunt. & ad nihilum redacte. Vacate & uidete. eos alloquitur qui ue
ram desiderant adipisci sapientiam. Vacate inquit .i. quiescite ab exteri
oribus actibus & a mundanis cupiditatibus & terrenis sollicitudinibus & ita
uacantes .i. quiescentes uidete .i. intelligite. quia ego sum deus. sapientia scilic&
uera. res uidelic& non parua. sed omnium maxima & summa. ideoque nec faci
le inueniri potest. Ergo si eam inuenire uolumus necesse est. ut a se
cularibus actibus quiescamus. hinc & salomon ait; Qui minorat actum per
cipi& eam; Exaltabor in gentibus ideo credar ab eis deus esse;
Exaltabor in terra; Terra uocat iudeos in terrena tantum sectantes;
Exaltabor inquit in terra .i. credar a iudeis uerus deus esse; Dominus uir
tutum. celestium spirituum; Susceptor noster, hic enim suscepit na
turam nostram; Deus iacob; Deus omnium fidelium uitia supplantan
tium; notandum quod iudei iuxta litteram hunc psalmum de sennacherim